



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 36. Cardinalis Polus Sacro Presbyteratus Ordine initiatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI.

A. C. 1555.

§. XXXVI.

*Cardinalis Polus sacro Presbyteratus  
Ordine iniciatus.**Ciacon p.63.*

**C**um autem Regina Polum Cardinalem elegisset, ut Cranmero in Cantuariensis Archiepiscopatus dignitate succederet, hinc idem, cum antea non nisi Diaconus esset, exeunte hoc anno sacram Presbyteratus ordinem suscepit, hujus tamen Archiepiscopatus professionem nonnisi quarto post Mense ingressus erat, eoque sibi religioni duceret, vivente adhuc Cranmero in Archiepiscopum inaugurarī.

§. XXXVII.

*Galliarum Regis edictum contra cun-  
dotos hæresis damnatos.**Sleid. comm.  
l. 26.**Tau. lib. 16.  
n. 7.**Belc. comm.  
l. 26. n. 66.*

**I**nterea Henricus II. Galliarum Rex Neapolitanæ expeditioni intentus, etiam sibi Neo-electum Pontificem quodam obsequio devincire satagebat, quapropter edictum priori, quod ante quadriennium ediderat, omnino oppositum promulgari jussit, vi cuius sibi plenam, atque integrā de hæresis crimine cognoscendi potestatē reservabat, saltem si accusatio omnino liquida esset, aut de Personæ Ecclesiasticæ judicio non ageretur. Ex adverso autem per præfens edictum hoc anno divulgatum Rex omni-